

triumphante ecclesia dudum in celestibus pie creditur approbasse. Insuper, beatissime pater, cetera, que honorabiles et circumspecti viri, oratores mei J[ohannes] Ha[quini] et J[ohannes] Hil[debrandi], procuratores dictorum monasteriorum de Watzstena, ostensores presencium, pro felici conseruacione tocius illius ordinis et profectu vice mea digne, racionabiliter et iuste postulauerint, sanctitas vestra sic fauorabiliter excipiat, vt dictus ordo non solum in omnibus suis prioribus priuilegiis, libertatibus et indulgenciis conseruetur, sed eciam in beatitudinis vestre benediccionibus clementissime prouentus augmentis felicioribus notabiliter proficiat in futurum, habituri proinde me, beatissime pater, vestre et sacrosancte Romane ecclesie deuotissimum et perpetuum seruitorem. Sanctitatem vestram etc.

Föret tryckt i Benzeli »Monumenta Historica eccl. sveog.» sid. 167—168.

2563.

1419<sup>1</sup>).

Från någon tysk andlig (från Verdens stift?) till någon af de från Vadstena till Rom utsände munkarne (Johannes Haqvini eller Johannes Hildebrandi) angående deras resa och om ett sammanträffande med dem i Marienwold.

Afskr. i Codex 6 (Benz.) i Upsala Univ:s bibl. fol. 76.

Sincere dileccionis in Christo constanciam, de cursu brauium et de labore gaudium consequi sempiternum. Venerabilis in Christo karissime! Receptis literis vestris mihi per ostensorem presencium in domo mea presentatis gaudio gauisus sum de incolumitate vestra, sed territus reuera quod istis diebus, quibus calores intentissimi presertim in illis partibus ad quas tenditis, prout omnium rerum magistra, experientia videlicet propria vos docuit, obsequuntur, vos exponere non trepidatis, sed caritas Christi et zelus religionis, que vos militem Domini et adletham prestantissimum consecrarunt, que quidem caritas non agit perperam, que vite celestis ymaginem representat, quam non alterat casualis euentus, quam separacio corporalis non diuidit, quam temporalis longitudo non abdicat nec eciam interrumpit, ad istum nouum vos inuitant laborintum (!); quocirca, mi pater prekarissime, legalitati vestre ad plenum regraciari non valeo, quod in presencia preclarissime domine nostre regine de bonitate vestra solita de me vermiculo, qui non sum dignus coram tanta celsitudine regia in aliquo commendari, benigne senciistis. Pretermitto igitur singula, ad que punctatim literis vestris merito respondere debeo, dileccioni vestre significo me pro hac vice et tam subito pro votis et desideriiis vestris exequendis non bene dispositum, sed inducit me affeccio singularis, qua erga legalitatem vestram sinceriter afficio, et clausula vna literarum vestrarum, que canit quod die dominica proxima proponitis iter vestrum arripere dummodo perantea venerint litere pretacte serenissime domine nostre cum clenodiis etc., de qua materia lacius canunt eedem litere vestre. Quamobrem, mi pater predilecte, non displiceat vobis expectare in Marienwold usque ad dominicam Misericordia Domini, quia interim laborabo apud capitulum ecclesie Verdensis et dominum episcopum ibidem vt modis et viis conuenientibus ad tempus

<sup>1</sup>) Odateradt; men af innehållet synes kunna slutas, att brevet tillhör början af år 1419 (före slutet af April), då ofvannämnde munkar voro på väg till Rom.

modicum abesse valeam et votis regiis atque vestris sub protectione diuina complacere. Scio itaque tres legales viros ad hanc viam dispositos, quos ad societatem nostram, vt spero, fraternaliter inducam, ita vt in certis loco et termino vobis exponendis vobis occurrant. Disponam eciam interim de factis meis prout potero et ante pre-tactam dominicam in loco prefato, volente Domino, vos videbo et tunc de singulis vobiscum conferam, et si tunc vota nostra dominus concordauerit, offeram me totaliter beneplacitis vestris, vt de me tamquam de persona vestra propria, prout volueritis, faciatis.\* Preterea retardacio modica huiusmodi itineris negocia vestra impedire non poterit, cum dominus noster ante mensem Septembris de Florencia aut de ciuitatibus Pisana seu Senensi, que confrontate sunt, se non mutabit. Valet diu feliciter et felicitas et gaudium vos sequantur, etc.

2564.

1419.

Lars Ingelsson i Askö skänker till själakoret i Vesterås jord i Stenby i Fogdö socken (Vårfru socken i Fogdö).

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Allom them thetta breff høra eller see helsar jak Lasse Ingelson i Askø æuerdhelika meth Gudhi. Kennis jak oppinbarligha meth tesso mino nærwarandis yppo breffue sua for them æpterkoma kunno, som thøm nw æra, (at iak) meth vilia oc beradna modhe oc vena radhe mik haffua vnth oc giffuit til æuerdeligho ægho siælakoren om i Vesterars oc allom cristnom siælom til roo oc lysa fore mik oc mina forældra oc mina hustrv forældra siæla x ørtuglandh jord i Stenby i Foodhø i Warofrv sokn, i swadana matto, at ingin min arffue eller epterkomande skal thet hindra eller quælia i noghro handa matto, æn sua lenge jak oc min hustrv liffuom, skulum vy thet siælff behalla oc epter wan dødth bliffua vidh for:da siæla altare æuerdhelica. Til huilkins breffs mera visso oc høgre foruaring bedis jak velborna manna insigil, Foghil Jønssons oc Johan Gynthersons aa waapn, hengiandis for thetta breff, som<sup>1)</sup> giffuet ær arom epter Gudz børd m<sup>o</sup>cd<sup>o</sup>xix.

På frånsidan: Stenby vppa Fødenne.

Sigillen: N. 1 saknas; N. 2. Otydligt, i sköld under hjelm, med omskr.: S. JOHANIS GYNTERSON.

2565.

1419.

Sune Nilsson säljer till biskop Knut (i Linköping) jord i Vågerstad i Ljungs socken.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Alla the godha mæn thetta bref høra alla see helsar iak Suni Niclisson æwærdhelika meth Gudhi ok kænnsis meth thesso mino opno brewe at iak hawer ærlekom manne ok andelikom fadher, biscop Knute, meth godhom wilia (hawa)

<sup>1)</sup> Från och med detta ord till brevets slut skrivet med annan hand.